Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/312624

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

3.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS,
JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS ISAÄCUS VAN VOORTHUIJSEN,

Leerdamensis.

DIE XII M. MAJI, A. MDCCCLV, HORA III.

Trajecti ad Rhenum,

TYPUS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

MDCCCLV.

# THESES.

I.

Non probanda CUIACII sententia legitimum tutorem se excusare non posse.

II.

L. 3 D. quis ordo in poss.: (38.15) conciliari potest cum L. 7 § 2 D. de bon. poss. (37.1.).

III.

Ex L. 2 D. depositi probari nequit, quod CUIACIUS existimat, rescissionem venditionis propter laesionem enormem PAULI tempore jam fuisse.

IV.

Coheredes furiosi cuius curator bonorum possessionem agnoverat, non praeferuntur heredibus ab intestato vocatis.

V.

L. 25 D. de dolo malo conciliari potest cum L. 20 § 1 eod (4.3.)

VI.

Art. 876 C. C. etiam valet si usus silvae personae juridicae relictus est.

VII.

Licet inter conjuges locum habeat communio omnium bonorum, tamen mulier se utiliter in solidum cum marito obligare potest.

VIII.

Qui hereditatem pure adiit, tamen legatariis et

donatariis detrahere potest, quod legitimae portioni deest.

IX.

Conjux divortium petere potest, licet alter conjux eandem actionem jam instituerit.

X.

Curator hereditatis jacentis inventarium authenticum facere debet, licet tale jam mandato heredis, qui postea repudiavit, compositum est.

XI.

Art. 222 C. C. abundat.

XII.

Praescriptio bene adnumeratur modis obligationes solvendi.

XIII.

Art. 1607. C. C. etiam vim habet in casu art. 1633 C. C.

XIV.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris tori, uxorem ducenti possit consentire.

XV.

Homologatio pacti remissorii est judicium.

XVI.

Ex art. 774 C. M. etiam jura secundum art. 315 al. 2 C. M. intra 40 dies ante forocessionem constituta, irrita sunt.

XVII.

Si primus emtor foro cesserit venditor etiam post triginta dies privilegium habet, pecuniae a secundo emtore non solutae.

XVIII.

Per testes transactio in rebus mercatoriis probari nequit.

XIX.

Ex art. 210 Legis Fundamentalis anni 1840 cives, ad milites recipiendos cogi non poterant.

XX.

Socii suicidii puniendi non sunt.

XXI.

Deportationis poena nisi in delictis politicis inutilis videtur.

XXII.

Ut infanticidium puniri possit, probari debet infantem vivum, nec vero vitalem, natum esse.